



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

2 Vtrum hæc diuisio dominiorum licita fuerit, & commoda humano generi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

& clariū q. 7. 3. a. 4. ad 1. vbi docet, in cuiusque ar-  
bitrio esse p[ro]p[ter]e detrimentum sue fama, nisi hoc ver-  
gat in detrimentum aliorum. Idem docet Sotus li-  
bro 4. de Iustitia q. 2. a. 3. & Adrian. in 4. quæst. de  
restitutio[n]e, circa finem. Cuar. l. 2. variarum c. 2.  
num. 8. & alij recentiores.

Probatur Primò, quia homo famam & hono-  
rem, post vitam diuinitus acceptam, sibi aequirit  
& auger, sicut res ceteras: ergo est illius dominus  
vt ceterarum.

Secundò, Quia nisi esset dominus, non posset  
eius restitutionem condonare: ( nemo enim con-  
donare potest quod non est suum) atqui certum  
est posse condonare eius restitutionem. Nec ob-  
stat (quod contra hanc rationem obicit Adrian.)  
quod possimus condonare mutilationē membris,  
cuius tamē non sumus domini: quia si membrum  
posset restituī sicut fama, non possemus con-  
donare, quod igitur condonamus, est satisfactio pro  
illata iniuria, & restitutio pecuniaria pro danno  
secuto: non autem propriè restitutio membris.

*Potest ho-  
mo interdū  
famam  
ad nostrū  
infamia  
re.*

Tertiò, quia in multis casibus possumus nos in-  
famare. Primò, ad pertendum consilium. Secundò,  
ad nostri humiliacionem; sicut latro ille apud Chi-  
macum Gradu 4: qui publicē grauissima crimina  
confessus est. Tertiò, ad vitandum peccatum su-  
perbiæ vel aliud. Quartò, quando iniuste aliquem  
infamauimus, tenemur restituere ipsi famam, et  
iam cum nostra infamia, si opus est; atqui si non  
essemus famæ domini, nihil horum licet: sicut  
non licet scipsum occidere, muriare, vulnerare, ob-  
horum finium aliquem.

Contra obicitur Primò, Ecclesiastici 41. Cu-  
ram habe de bono nomine, &c. ergo non licet famam  
negligere. Resp. Non licet eam negligere sine iusta  
ratione: hinc tamen non sequitur, hominem non  
esse eius dominum: quia etiam pecunia sine iusta  
causa profundi non debent.

Obicitur Secundò, D. August. lib. de Bonō  
viduitatis cap. 22. dicit, conscientiam nostram esse  
necessariam nobis, famam proximis, ac prouide cru-  
delem esse qui famam neglegit.

Resp. Fama nostra tripliciter potest esse proxi-  
mis necessaria. Primò, quando ex nostra fama ita  
pendet, fama proximi, ut ex nostra infamia illius fama no-  
stram infamia sequatur: sicut ex infamia Monachi se-  
quitur infamia quædam monasterij. Secundò, mis neces-  
saria, quando fama nostra est necessaria ut proximo  
præstemos officium ei stricte iure debitum, sicut  
fama personæ publicæ, Episcopi, Parochi, Abba-  
tis, necessaria est ut bene regat subditos. & in his  
duobus eventis, multorum iudicio contra Iustiti-  
am peccat, qui se infamat: non quia præcisè se-  
ipsum fama priuat; sed quia ex consequenti pro-  
ximo nocet, vel inferendo infamiam, vel se red-  
dendo ineptum ad ei impendendum debitum of-  
ficium. Tertiò, quando non ex officio, sed solùm  
ex charitate proximo prodesse tenemur, & per in-  
famiam ad hoc reddimur inepti; tunc solùm con-  
tra charitatem peccat, qui se infamat: sicut contra  
charitatem peccat, qui pecuniam, qua pauperibus  
prodesse poterat, abiicit. Hæc de dominio vitæ &  
famæ; cetera dicentur infra cap. 9. de Homicidio.  
& cap. 11. de Detractione.

## C A P V T Q V I N T V M.

De modo acquirendi dominij in res, quæ vel nullius, vel communes  
sunt: vbi de mancipliis, venatione, p[ro]ficatione, aucipio, thesauris.

Constat Dubitationibus 18.

## D V B I T A T I O P R I M A.

Quomodo facta sit prima rerum diuisio seu distinctio  
dominiorum.

I.  
Occupatio.  
Sortitio.

**R**ESPONDEO, Hæc distinctio fa-  
cta est partim occupatione, par-  
tim sortitione. hi enim sunt pri-  
mi modi acquirendi dominij.  
Nam posteri Adæ in hunc mun-  
dum veluti in amplissimam do-  
num opibus referrant venientes, vt quisque prior  
aliquid occupasset, ita quoque dominus illius effi-  
ciebatur. quod si dubium erat utr[um] prior occupa-  
set, vel si ante occupationem plures ad idem aspi-  
rabant, sorte decidebatur. Similiter post dilu-  
vium, filij Noë alij aliam terræ partem, maximè  
post linguarum confusione occupauere; vel for-  
te diuisere; vt pater Genef. 10. & 11. Deinde cre-  
scente genere humano, illæ partes multiplicitate  
rursum, & propè in infinitum sectæ, diuisa & dis-  
tractæ sunt.

## D V B I T A T I O II.

Utrum hæc diuisio dominiorum licita fue-  
rit, & commoda humano generi.

D. Thom. quæst. 66. art. 1. 2.

**R**Esp. Post peccatum hæc dominiorum diui-  
sio non solùm fuit licita, sed etiam salutaris  
generi humano:  
Quod licita fuerit, est certò tenendum. Nam ex  
multis Scriptura locis constat, licet aliquid tam-  
quam proprium possideri: & contrarium est hæ-  
resis quorundam, qui vocati sunt Apostolici, vt  
refert D. Aug. hæresi 40. & Epiphanius hæresi 6.  
qui afferbant hominē non posse saluari, nisi visueret  
D 3 instat

42 Lib.2.Cap.5. De modo acquirendi dom. Dub.2. &c. 3.

*Apostolici in his Apostolorum, nudus ab omni diuinitarum propria. Idem docuit Pelagius, ut colligitur ex eius fauor Augustino epist. i. 106. quae est ad Paulinum. re proprie. Quod etiam *commoda generi humano*, Probatur*

*3 Primo, Si possestiones mansilient communes, re-  
finisse vili-  
tatem dim-  
sionem re-  
rum. tum quia homines facilè  
negligunt communia, tamquam parum ad se per-  
tinentia; maximè autem curant propria, iuxta illud Aristotelis, *Amabile bonum, cuique autem proprium*: tum quia quisque fugit labores, præsertim  
abiectos & graues, (quales sunt in agricultura &  
rebus mechanicis) lectorumque otium & dignita-  
tem, quamobrem quisque alteri talium rerum cu-  
rari & procurationem reliquisset.*

*Secundò, Si mansilient communes, mundus arderet perpetuis contentioibus & bellis: quia plerumque plures concurrerent ad eamdem rem occupandam, qui se mutuo conarentur impidere:  
& potentes plerumque omnia tarentur. nec  
meum & tuum (qua dicuntur esse potissima causa  
dissensionum) tunc minus fuissent quam modò:  
quisque enim conatus fuisset rem communem,  
dum ea extendit esset, facere suam; sique assiduo  
risse & pugnae inter homines exitissent. his in-  
commodis per diuisionem vicinique occursum  
mansilient est: multò enim pauciores & rariores sunt nunc  
communes. occasione, quam tunc fuissent: (vnde Genes. 13.  
cum essent iurgia coorta inter familiam Abrahæ  
& Lot communiter palcentes, diuisione regionis  
conciliati sunt) quamvis ob hominum prauitate  
non omnia incommoda vitari potuerint. Denique idipsum Aristoteles lumine naturæ ductus  
docuit lib. 2. Polit. c. 2. & 3.*

*Obiectio-  
nes.*

*Sententia  
Scoti.*

*In statu  
innocentia  
communis  
rerum non  
fuit prece-  
pta.*

*Ius nature  
non potest  
abrogari.*

4

*tura communia, partim negatiue, quia *Ius nature* *Quo modo*  
diuisionem non fecit, aut præcepit: partim positi-*omnia di-*  
*ve*, quia omnibus potestatem fecit vtendi quavis  
*cantur In-*  
*natura*, & dominij capendi, prinsquam ab aliquo sit  
*communia.**

*Objicitur 2. Cap. Dilectissimis, 12. q. 1. dicit*

*Clemens I. *Communis usus omnium, que sunt in hoc  
mundo, omnibus esse debuit; sed per iniquitatem alius  
dixit hoc esse suum, & alius istud, & sic inter morta-  
les facta est diuiso.* Respondeo, omisis variis ex-  
positionibus, sensum esse, per iniquitatem homi-  
num fuisse occasionem dataam cur recta ratio di-  
ctetur esse faciendam diuisionem, cum ante ini-  
quitatem omnia essent communia. Canon enim  
iste acceptus est ex epistola 5. S. Clementis, qua  
hortatur Fideles, qui erant Ierosolymis, ad vitam  
communem, ex eo quod sit consentanea statui ini-  
nocentiae, vbi non erat *meum & tuum*; rerum au-  
tem diuiso orta fit occasione peccati.*

*Objicitur Tertiò, Patres dicunt neminem de-  
bere dicere, *Hoc est meum, hoc est proprium*; eo quod  
*omnia sunt communia*. ita Ambros. in cap. 12. Lucae,  
Chrysostom. Hom. 10. in Epist. 1. ad Corinth. in mora-  
& Orat. in S. Philogonium, &c. Respondeo,  
Tantum volunt, neminem ita sibi rem aliquam  
debere vindicare, quin paratus sit eam, quando  
necessitatem erit, cum altero communicare; eo quod in  
necessitate omnia sunt communia. de quo plura  
supra, de eleemosyna. q. 32.*

D V B I T A T I O III.

*Quo Jure facta sit hæc diuisione.*

*R*esp. & Dico Primo, *Jure naturæ omnia sunt com-  
munia*, ut habetur cap. *Ius naturæ*, d. 1. ergo etiam  
post peccatum omnia debent esse communia.  
Respondent quidam, in statu innocentiae *omnia*  
*Iure naturæ* debuisse esse communia, sed hoc ius  
post lapsum esse reuocatum, & ideo potuisse fieri  
diuisionem. Colligitur ex Scoto in 4.d.15.q.2.a.1.  
conclus. 1. & 2. Sed contra Primo, quia etiæ com-  
munitas rerum valde fuerit confusa statui inno-  
centia; nullo tamen præcepto diuiso vel naturali  
vertabantur inducere diuisionem: quia Deus res  
itas inferiores hominum dispositioni subicxit, &  
ex hac diuisione nihil incommodi fecutum fuisset  
nam singulis relictu fuisset quod abunde suf-  
ficeret: & quibus cum altero libertissimè ex rebus  
suis communicasset. Secundò, non recte dicitur  
*Ius naturæ* abrogatum: tum quia est immutabile  
& perpetuum, vt pote immutabilem restituidinem  
continens: tum quia *Ius* non dicitur reuocari ex  
eo quod cesset eius obligatio in aliquo ratione ali-  
cuia circumstantia mutata: (alioquin *Ius naturæ*  
quo teneor opitulari in extrema necessitate  
constituto, reuocarentur eo ipso quo cessat illa ne-  
cessitas, quod est absurdum; semper enim manet  
illud ius & illud dictamen, etiam si defectu mate-  
riæ hæc & nunc non me obligera) sed quia cef-  
sat voluntate legislatoris, qui manentibus isdem  
circumstantiis materia, potest illud tollere. hoc  
enim interest inter *Ius naturale* & *positivum*, quod  
*Ius naturale* semper vim habeat, manentibus isdem  
circumstantiis materia, *Ius positivum* possit  
tolli, etiansi nulla mutatio fiat circa materiam.

*Respondeo igitur, non fuisset aliud præcep-  
tum naturale iubens rerum communitatem &  
vetans diuisionem: sed omnia dicuntur *Jure na-**

*R*esp. & Dico Primo, non esse factam *Iure di-  
7  
uino*. Deus enim neq; fecit diuisionem illam *Nec Iure  
primam*, neque eam præcepit fieri. Dedit quidem *dinovo fa-*  
*cta eis*. Israëlitis spolia Ägyptiorum, & regna Chanaita-  
rum; hoc tamen factum est præter visitatum mo-  
rem. Denique Deus nusquam in Scripturis reue-  
lavit hanc diuisionem esse faciendam.

*Dico Secundò, non est etiam facta propriæ *Iure  
naturali*. Probatur, quia *Ius naturæ* neque fecit *Nec Iure  
hanc diuisionem*, cum omnia reliquerit commu-  
nia; neque etiam præcepit eam fieri, neque natura  
secundum se ad eam inclinat: non enim illam *Tripli citate*  
querit, nisi in vita ciuii, vbi viuendum cum aliis, potest ali-  
& suppositis incommodis ex hominum prauitate *qui dicitur  
Iuris na-*  
provenientibus. Hac ratione matrimonium dici-  
tur esse Iuris naturæ; nimur quia natura secun-  
dum se, id est, extra vitam politicam, & sepositis  
externis incommodis calibatus, ad illud inclinat:  
non sic ad terum diuisionem.*

*Dico Tertiò, Hæc diuiso facta est *Iure gentium*, *9*  
vt habetur d. 1. cap. *Ius gentium est sedium occupa-*Quomodo*  
& 7. de Iustitia & *Iure*. L. Ex hoc *Iure* dominia *dictatur se-*ita Iure*  
distincta*, &c. Hoc tamen non est ita intelligendū, *genium*.  
quasi sit aliquod præceptum apud omnes, sed quia  
commune omnium iudicium est, diuisionem re-  
rum expedire tum ad pacem, tum ad meliorem  
rerum administrationem; idque spestata morta-  
lium conditione, quæ sui est amans, & alieni neg-  
ligens; quæ cupiditat & ambitioni miserè est sub-  
iecta. Itaque hoc *Ius gentium* nihil est aliud quam *Quid in-*  
commune hominum iudicium, & gentium con-*selegeretur*  
sensus: vel est concessio & ius ex communi iudi-*per Ius  
cio & contentu proueniens. Et quia hæc vitia ple-*gentium*.***

*rumque in genere humano regnant apud omnes  
nationes; ideo expedientissimum fuit apud omnes  
fieri*